

77  
Bona inspiratio angelus con-  
tra vanam gloriam.

Contra quartam temptatio-  
nem dyaboli dat angelus bo-  
nam inspirationem dicens Mi-  
serere tui superbis asserendo  
tibi ipsi constanciam in fide spe  
et paciencia que tui soli deo as-  
scribenda est atque nihil boni a te  
habeas domino dicente. Sine  
me nihil potestis facere. Et alibi  
scriptum est. Non tibi arro-  
ges. non te iactes. non te inso-  
lenter extollas. nihil de te pre-  
sumas. nihil boni tibi tribuis.  
Et dominus ait qui se exaltat  
humiliabitur. Et iterum. Nisi  
efficiamini sicut paruulus iste  
non intrabitis in regnum celo-  
rum. Humilia ergo te et exal-  
taberis dicente domino. Qui se  
humiliat exaltabitur. Et augus-  
tinus. Si te humilias deus des-  
cendit ad te. si te exaltas deus  
recedet a te. Averte ergo men-  
tem tuam a superbia que lucife-  
rum quondam angelorum pul-  
cherrimum fecit dyabolorum de-  
formissimum et de alta celorum  
proiecit ad inferni profunda  
que etiam fuit causa omnium  
peccatorum. Vnde bernardus  
Initium omnis peccati et causa  
totius perditionis est superbia  
Idem. Tolle hoc vitium et sine  
labore omnia vicia reserantur.  
Vnde singulariter notandum

quod quandoque moriturus sentit  
se temptari per superbiam debet  
primo cogitare quod superbia tan-  
tum deo displicuit quod sola ipsius  
occasione nobilissimam creaturam  
luciferum cum omnibus  
sibi adherentibus de celis rele-  
gauit in eternum damnando  
Et sic ex tali consideratione se  
humiliat atque deprimat sua te  
cogitando peccata quia ignorat  
qui odio vel amore dignus sit.  
Vnde debet precipue capere ex-  
emplum a sancto athonio cui  
dyabolus dixit. O athoni tu  
me viciisti cum enim volo te exal-  
tare tu deprimis. atque te volo de-  
primere tu te erigis. Secundo de-  
bet cogitare quod humilitas fatum  
deum placuit quod precipue ipsius  
occasione gloriosa virgo ma-  
ria deum concepit et super cho-  
ros angelorum exaltata est.

Sequitur quinta tractatus de aua-  
ritia iuxta auctores qui in medio  
septem stat. Sed videre meo  
credo melius in medio stat quam  
in fine quia auaritia facit homi-  
nem impatientem superbum et  
inuanum.